



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

25. Comprehensio Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

quia Christus solitus erat cum corporali sanitate conferre spiritualem, & miraculum in se patratum potuit ipsum permovere, tamen alios nihil moveit. O, sanetur in me auditus ad excipiendas inspirationes divinas! *audiam, quid loquatur in me Dominus.*

MEDITATIO XXV.

Comprehensio Christi.

PUNCTUM PRIMUM.

CHristus facit potestatem sui adversarijs. 1. Improperat, quod tanquam ad latronem capiendum venirent armati. Habet ille nomen prædatoris apud Isaiam: *velociter spolia detrahe, citò prædare*: sed prædas agit animarum, ex potestate diaboli in libertatem vindicando. Velim, ut sic deprædetur cor meum, & sibi illud asserat. 2. Exprobrat, quod, cum quotidie cum ipsis fuerit, docens in templo, non eum tenuerint: quasi pro doctrinæ labore rependant hanc mercedem: vel notat imbecillitatem, quod, cum in manibus eum habuerint, & pridem capere exoptaverint, non tamen sint auli: nempe, non fuisse eis à Deo concessum. 3. Nunc autem, *hæc est hora vestra & potestas tenebrarum*. Permitto me vobis, & ipsis dæmonibus, qui vos instigant ad me perdendum: virtute hujus concessionis poterunt in Christum, quicquid ipsi fecerunt. Et sine exceptione se eis tradit, non sicut Job traditus

Isa. 8. 1.

2.
Ingratitudo Judæorum.

3.
Dat sui potestatem.

tus

tus est, excepta vita. Magna charitas & dignatio, quod etiam Dæmoni super suum corpus tradit potestatem, ut ego eripiar. O Domine! posside ita corpus meum & animam, totumque me, nec sit alteri potestas super me.

PUNCTUM II.

IRruunt in Dominum, tradunt, prosternunt, *Isa. 9. 3.*
 calcant, ligant, collo manibusque injecto fu- Christi
 ne, & exultant sicut victores captæ præda. 1. Per- virtutes.
 pende humilitatem: qui sedet super Cherubim, 1.
 substernitur pedibus impiorum: quanto id
 majus, quam, quod in cœna ad pedes discipulo-
 rum accidens, eos lavit: huc pertinet illud
 Psalmi: *Miserere mei Deus, quoniam conculca- ps. 52. 2.*
 vit me homo, conculcaverunt me inimici mei. Fa-
 ciunt hoc ipsum peccatores omnes, qui *Filium Heb. 1.*
Dei conculcant & sanguinem illius polluunt, te- 29.
 ste Paulo: Justi autem glorificant & portant
 Deum in corporibus suis. 2. *Patientiam admi- 2.*
 rabilem, nullo edito signo indignationis, aut *ps. 12.*
 querimonix, & tamen *circumdederunt te vitu- 13.*
li multi, tauri pingues obsederunt te, aperuerunt
super te os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Et
poteras nutu omnes perdere. O discam ex te
patienter injurias sustinere. 3. Charitatem, qua 35
manus offert ligandas, cum melius quam Sam- 35
son, filia distumpere funes, catenasque potu-
isset. Non funes, sed charitas ipsius erga nos
vinciebat manus, manus operatrices mirabili-
um: & in- Tom. II. um est illud: Funes peccatorum ps. 118.
 F *civ. 61.*

circumplexi sunt me, ego autem legem tuam non sum oblitus: legem scilicet charitatis, qua iussisti, ut ponerem dilectam animam meam pro peccatoribus.

PUNCTUM III.

1. **I**nconstantia discipulorum. **T**unc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. Ex parte discipulorum æstimanda est eorum infirmitas, quos tot visa miracula, & credita de Christo mysteria, sermo ille postremus, & jactata ab ipsis promptitudo moriendi, & Eucharistici Sacramenti in hoc sumpti firmamentum, hæc totque alia nequiverunt à turpi desertione dilecti Magistri cohibere. sic pedes illi paulò autè loti tam eximio charitatis arque humilitatis exemplo turpi fuga fœdati sunt. Nec deseruerunt tantùm; sed fide quoque nutarunt. Utinam non ego etiam sim amicus mensæ & prosperitatis: in arduis autem & tentationibus desertor Christi.
2. **D**olor Christi *Ps. 87. 9.* Ex parte Christi consideretur intimus sensus, quo tulit hanc sui gregis dispersionem, usurpans illud: *Longè fecisti nos meos à me, posuerunt me abominationem sibi, quasi abominabilem me devitarunt.*

MEDITATIO XXVI

Ducitur Christus ad Anno

PUNCTUM PRIMUM.

Ioan.
18. 13.

Adduxerunt eum ad Annam Pontifex anni illius
enim socer Caipha, q^u